

XLIX

illud armatura eorum non basta non gladio non elipeus. sed sola patientia maxima virtutum pugnat. quia inermis armatos solet sepe vincere viros. unde sicut dicitur in psal. Confregit potentias. arcum scutum gladium et bellum. propterea semper habet victoriam et coronam Iaco. j. Beatus vir qui suffert tentationem etc. quia nemo sanctorum sine patientia coronatus est. ideo Jacobus monet patientes estote etc. quia beati qui per securitatem patienter propter iustitiam etc. Sed beati hodie sunt multi sicut columna putrida que cito frangitur et ad statum ventito cito cadit. homo impaciens est sicut homo nudus quem virga vulnerat Hiero. Fratres armate vos patientia. quia tempus est belli dum vivimus in agone certaminis positi sumus. quia militia est vita hominis super terram. Qui ergo vult vincere firmiter teneat arma patientie. **D**octavo. beatificati sunt confessores propter sobrietatem abstinentie Libis enim non vacabant sicut bruta animalia. comestationibus et ebrietatibus. sed propter vivere in ieiuniis multis et abstinentiis Natura enim docet abstinentiam que homini dedit os parvum pro ceteris animalibus etc. et sicut ille dives epulo propter sui voracitatem descendit ad eternam famem. sic sancti per sobrietatem ad glorie beatitudinem levium enim proprium est ascendere et convertere. **A**plius ad Titum. Sobrie iuste et pie vivamus etc. **M**atth. v. Beati qui nunc esuritis etc. **I**tem Non beatificati sunt virgines propter puritatem castimonie. vita enim virginum et continentium spem habet specialem beatificationis in terra. quia ceteris vite assimilantur **M**atth. xxv. Simile est regnum celorum decem virginibus etc. **vii** ps. Beati immaculati in via etc. id est in presenti vita que alijs est via ad celum. alijs ad partibulum. alijs ad misericordiam. alijs ad gloriam unde in medio positi sumus ut immaculati possint ascendere ad celum et iniqui precipitiantur ad inferni sterquilinum. et certe

anima nobilis debet abhorere istam maculam. ne in via polluant pedes affectio nis. vestis corporis. et maxime clerici et religiosi. **D**ecimo beatificati sunt finaliter penitentes per iustitiam psal. Beati quorum remissa sunt iniquitates etc. illud. beatus vir cui non imputavit dominus peccatum. et illud. beati qui custodiunt iustitiam. quia punierunt vel purgaverunt corda in contritione os in confessione et oratione. manus in elemosinarum largitione.

De animabus Sermo. xlix.

Mementote vincitorum tamquam et ipsi vincti. **H**ebre. vlti. sicut beatus Gregorius in mora. **A**nime perfectorum statim evolant ad celum **A**nime reproborum statim descendunt ad infernum. sicut inquit electos a die sui exitus corporis beatitudo letificat. **I**ra creandi necesse est ut a die exitus sui reprobos ignis exurat **A**nimabus igitur purgandorum profunt suffragia defunctorum de istis. quia si in primo regnaturis. post festum sanctorum omnium feliciter regnantium ecclesia solenizat hodie. **I**n verbis propositis iuxta litteram sumptis. apud nos specialiter hortatur ad compassionem et subventorem vincitorum propter evangelium christi. quo ad intelligentiam spiritualem hortatur omnes universales christianos ad compassionem et suffragia defunctorum carcere purgatorij. **A**it ergo mementote etc. **P**rimo dissuadens in gratitudinem oblivionis. **S**ecundo perluadens promptitudinem compassionis. **T**ercio persuadens sollicitudinem provisionis. **A** Propositum nobis igitur defunctos in speculum memorie. ut recorderemur quales fuerint quantum ad unitatem huius peregrinationis **E**ccl. ix. **M**emento quoniam omnes in corpore sumus. ubi gloria universa vanitas et afflictio spiritus. **S**ecundo in speculum intelligentie ut contempleremur quales sumus quantum ad necessitatem obligationis cum addit. vincitorum.

¶ j